

nae mentis oculus, omnisq; creatus intellectus se
illius incapacem agnoscat. Ubiq; sunt spinae, quae
ad sanguinem usq; pungunt; ubiq; difficultates,
quae humanam mentem capi non possunt; ubiq; nodi,
qui pro hoc vitae statu insolubiles videntur. Quid
igitur nos, cum videamus tam intricatos nodos,
qui vix explicari posse videntur? Tantum sci-
licet abest, ut animos abiciamus, ut potius haec,
quod difficiliora sunt, & digniora judicemus,
quae protrahantur in lucem, cum Anselmo igitur
in cubiculum mentis nostrae intrabimus & omnia
praeter DEUM excludemus, & clauso ostio quae-
rere DEUM. Sit itaque

THESIS I.

Antequam vero rem aggredimur, paucis expli-
candum erit, quid per nomen DEI hoc loco in-
telligitur. Est autem DEI vox origine graeca;
derivatur, ut nonnulli volunt, in primis Dama-
scenus, à θεῶν θεῶν, vel à θεωρεῖν, ab intuendo, à contemplan-
do: & tribuitur DEO ideo, quod omnia intueatur, con-
templetur & ejus oculis aperta sint omnia; quod solus DEUS
omnia cernat, & ab omnibus sit spectandus & contemplan-
dus. Vide Matthiam Flacium Illyricum in clave Scripturae.
Alii derivant θεῶν θεῶν à currendo, quod DEUS per o-
mnia penetrans & quasi discurrens faciat & conservet o-
mnia, vel quod ubique omnibus praesto adsit, praesertim in-
vocantibus ac laborantibus. Nonnulli vocem θεῶν à timore
deducunt, ideo quod DEUS omnibus hominibus sit metu-
endus, sicut Poeta inquit:

Primus